

aut Maternum habent locum.

- 18 In pœnam autem tantæ negligentiae, si legitimatus, amittit legitimationem, si emancipatus, potest in pristinam patriam potestatem revocari, ad allegata per *Leoncilium dicto privil.* 306., & *privileg.* 307.
- 19 Hinc etiam filius non potest ingredi religionem Parentibus in necessitate, vel gravi ægestate degentibus, si sit in religione jam professus, & parentes extremè indigeant, poterit de licentia Superiorum, salva semper obedientia, claustra exire, & studiosè incumbere parentum subventioni ad allegata per *Pascal. de Patria potest. parte 2. c. 3. num. 62.*, & *Leoncilium dicto tract. privil.* 308., *Sanchez. ad decal. lib. 4. c. 20. num. 3.*, ubi *num. 10.*, quod si filius neglectis parentibus ingrediatur religionem, & ibi profiteatur mortalitèr peccat, quia subvenire parentibus est de præcepto naturali divino, religionem ingredi est de consilio, præceptum autem antefertur consilio, ubi *num. 11.*, & 12. posse dari duos casus, in quibus filius neglectis parentibus poterit ingredi religionem, quos vide apud eum.
- 20 Et certum est, quod negligere Patrem in quacunque necessitate, grave peccatum sit filiorum contra præceptum Decalogi de Parentibus honorandis ad tradita per *D. Thomam 2. 2. q. 101. art. 2.*, ubi affert illud Christi *D. Mathei c. 15. redarguentis Phariseos*, qui docebant filios offerre munera Deo, & derelinquere parentes in ægestate constitutos, ex quo etiam anathemate dignos in eo casu, dixit *Concilium relatatum in c. Si qui filii dist. 30.*, ubi *Barbosa* plures allegat Theologos omninò in casu practico videntes, ubi *num. 7.* filios teneri subvenire parentibus in necessitate constitutis, etiam infidelibus, ut *Judeis*, ubi *num. 9.* etiam hæreticis, si extremè indigeant, etiam præferendo eos catholicis extraneis pari necessitate extrema indigentibus, *D. Ambrosius relatatus in c. Caesarum dist. 86.*, *Pascal. de Patria potestate p. 2. c. 3. num. 57.*, quod idem affirmat *de Bannitis Surd. de alim. q. 17. per totum.*
- 21 Hinc etiam, quod Patribus extremè indigentibus permissum sit filios distrahere, ut vendere, aut in pignus dare, *l. 2.*, ubi *Bald. C. de Parentibus, qui filios distraxer.*, limitandum tamen si filius sit Sacerdos ad tradita per *Leoncil. supra privil.* 310. nu. 10.,

quod & in causa famis notavit *Barbosa in dicta l. 2. num. 5. 6.*

- 22 Si Pater plura præstet filio existenti in studio, ut libros, pecuniam &c., ut possit, & debeat vacare studiis, si tamen filius in studio negligenter se gerat, quin potius in pravos usus expendat, tunc vel Pater repetere potest, vel in divisione cum fratribus tenetur conferre sibi à Patre præstita, tanquam sub conditione data, si filius proficiat, qua non verificata, est locus repetitioni. *Jo. Garzias de expensis cap. 4. num. 3.* pluresque quos allegat, & sequitur, *Barbosa in l. filie ejus num. 19. C. familiae excusanda*, ubi *num. 21.*, quod in hoc casu conferendi detrahendæ sunt expensæ, quas domi necessario fecisset pro suis alimentis, sicuti & pro aliis fratribus factæ fuerunt, *Mangil. de Imput. q. 32. num. 1.*
- 23 Quæri solet, an filius incurrat negligentiae notam si nolit, seu omittat solvere debita Patris, solutio tamen facilè defumitur ex *l. Ne contra C. ne filius pro Patre*, ubi si filius non sit Patris hæres, non tenetur pro illius debitis, undè volens agere contra filium ad exactionem debitorum Patris, non sufficit probare eum esse filium, quasi intret illud *Paul. (quod si filius, & hæres)* quia non habet locum dum filius est reus conventus ad allegata per *Barbosam in dicta l. Ne contra num. 3.*, & 4.
- 24 Quod tamen limitandum est, si Pater contraxisset debita pro filiorum, & Uxoris alimonia ad allegata per eundem *Barbosam in rubr. C. Ne filius pro Patre Vers. Restringitur verò*, licet *Sanchez. de Matrim. lib. 9. disp. 4. num. 28.*, & 29., *Jo. Baptista Costa de Ratione ratae q. 25.*, & *de remed. Subsid. 12. Illatione Unica Fontanella de pactis nuptial. clausula 4. Glos. 9. p. 5. num. 71.*, & *seqq.*, & *clausula 7. glo. 2. p. 10. num. 34.* & *seqq.*, oppositam sententiam magis approbent, quæ Sententia censetur verior, quia Pater omni jure tenetur de suo alere filios, etiam illegitimos Jure Pontificio, *cum haberet in fine de eo qui duxit in matrim.*, quam *pol.*, ubi latissimè *Barbosa à nu. 4. & seqq.*
- 25 Filii aut matrimonium contracturi, aut alium statum electuri, si Parentum consilium negligent, & aspèrnerentur, licet validè contrahant, peccant tamen contra honestatem, & reverentiam parentibus debitam, monuit *Concilium Trid. sess. 24. c. 1. de re-*

de reform. matrim., tum quia naturalis pietas, & reverentia hoc expostulat, tum quia Juvenes inexperti de facili, ac sepè falluntur, ita ut perpetuo ligati vinculo post modum ægerimam vitam ducant, *Azor. p. 2. lib. 2. cap. 3. quæst. 6.*, *Sanchez. de matr. lib. 4. disp. 23.*

- 26 Negligentes obedire, & revereri parentes brevem vitam ducent super terram, dicente Spiritu Sancto (*honora patrem tuum, & matrem tuam, si vis longeuus esse super ter-*

ram Exodi 20.) & de Jure positivo est text. in *l. 2. ff. de Just.*, & *Jure.*

- 27 Mortuis parentibus, si filius negligat condicens funus componere, & secundum statum conditionem sepulturæ tradere corpus, animamque sacrificiorum Juvare suffragiis, pro ut vires suppetunt, improbus, & ingratus filius erit, & timere merito debet, quod dixit Dominus *Matthæi 7.*, & *Lucæ 6.*, eadem quippe mensura, qua mensi fueritis, remetietur Vobis, *Azorius lib. 2. cap. 2. q. 5.*

Articuli de Negligentia Hæredum, & Legatariorum.

S U M M A R I A.

- 1 Hæres negligens curare testatorem infirmum, indignus est, ut ei succedat in hereditate.
- 2 Hæres extraneus negligens adire hereditatem infra annum, jus adeundi expirat.
- 3 Nisi petierit, & obtinuerit longius temporis spatium.
- 4 Non esse terminum à Jure taxatum adeundi hereditatem existimarunt aliqui.
- 5 Sed assignandum esse à Judice.
- 6 Maximè verificatur si hæres petat terminum ad deliberandum.
- 7 Nullo assignato termino, tunc hæres ex capite unde legitimi habet spacium 30. annorum, & si hæres sit proximior testatori post 30. annos, habet aliud spacium 30. annorum adeundi ab intestato, filius verò ex capite unde liberi habet alios 30. annos, dummodo alius non adierit hereditatem.
- 8 Hereditas transversalium non adita, neque transmittitur, secus si agatur de hereditate ascendentium num. 9.
- 10 Hereditas fideicommissaria, etiam non adita transmittitur.
- 11 Hæres culpatur negligentia, si post aditam hereditatem non capiat bonorum possessionem, etiam cujuscumque corporis, num. 12.
- 13 Negligens est hæres, si non conficiat Inventarium, vel non integrum, & tenetur ultra vires hereditatis.
- 14 Pia causa non tenetur ultra vires hereditatis, etiam non confecto inventario.
- 15 Forus conscientie, neminem condemnat ultra vires hereditatis, etiam si per sententiam
- Judicis condemnaretur, num. 16.
- 17 Ubi plures sunt hæredes, singuli consciunt Inventarium pro sua rata.
- 18 Negligens in consecutione inventarii, præsumitur fraudasse bona hereditatis. Amittit Falcidiam, & Trebellianicam, num. 20.
- 19 Non tamen in foro conscientie, qui non nittur præsumptionibus.
- 21 Negligens in consecutione Inventarii, Filius amittit legitimam.
- 22 Hæres potest cogi ad Jurandum, se non occultasse bona.
- 23 Contra hæredem tunc agitur via executiva.
- 24 Intellige, nisi ei succuratur per restitutionem in integrum.
- 25 Negligentia in consecutione Inventarii, non præsumitur dolosa.
- Neque est negligens qui omittit bona, quæ non erant describenda.
- 26 Hæres negligens exequi voluntatem testatoris, maximè in restitutione eorum, ad quæ tenebatur testator, culpatur.
- 27 Negligente hærede facere celebrare missas, & restituere malè ablata, an anima testatoris patiatur in purgatorio, vel differatur visio beatifica, discutitur articulus numeris seqq., & resolvitur pati, quatenus non recipiat suffragia, & num. seqq.
- 31 Hæres culpatur, non solvens legata in tempore Statuto à testatore, vel à Jure, cum distinctione si legata sint pia, vel non pia nu. 32., 33., & 34.
- 35 Legatarius potest petere fundum legatum una cum fructibus perceptis, vel perceptibilibus à le-

- à legatario, si fuisset consignatus tempore debito.
- 36 Exequio legatorum piorum propter negligentiam hæredis devolvitur ad Episcopum.
- 37 Negligentia in exequendis legatis piis regulariter est peccatum mortale.
- 38 Et potest intrare Fabrica Sancti Petri de Urbe.
- 39 An diminutis redditibus, diminuatur legata pia, etiam missarum, articulus fusc, & latè discutitur usque ad num. 56., & resolvitur distinguendo varios casus.
- 57 Cum legitima non consignata tempore debito, debentur, & fructus num. 58.
- 59 Valet pena apposta privationis hereditatis, si hæres negligat exequi, requiritur tamen interpellatio, ut exequatur num. 60.
- 61 Alia requiruntur ad executionem pœne privationis num. 62. 63., usque ad num. 66.
- 67 Pœna autem privationis legati in casu omissionis, intelligitur de omissione culpabili, quod probatur usque ad num. 96., ad favorem PP. Augustinianorum discalceatorum Comacini in casu contingenti, solutis rationibus in contrarium propositis.
- 97 Quando apposta est dies gratia multiplicandæ obligationis, ut in obligatione annua, tunc requiritur præmonitio.
- 98 Ad effectum exequendi privationis pœnam semper requiritur interpellatio.
- 99 Hæres habens electionem solvendi legatum vel in re, vel in pecunia, negligendo solutionem, Judicis arbitrio compellitur.
- 100 Si hæres potest eligere unum ex pluribus, & non eligat, omnes illi, qui poterant eligi, admittuntur ad legatum.
- 101 Negligentia hæredis non præjudicat substituto, nisi præscriptio incepta fuerit in vita testatoris.
- 102 Hæres gravatus tenetur de neglectis, non tamen quia meliora non fecit, num. 103.
- 104 Hæres gravatus potest cogi adire hereditatem per Fideicommissarium.
- 105 Hæres non vindicans per viam Juris cædem testatoris, meretur hereditate privari.
- 106 Non defendens testamentum inofficiosum, non præjudicat legatariis.
- 107 Non consignans dotem Uxori testatoris, tenetur ad interusura.
- 108 Pignus, quod perit, cedit in detrimentum hæredis negligentis.
- 109 Si res legata pereat, ex negligentia hæredis, quando hæredi, vel legatario pereat, ex culpa levi, vel etiam levissima.
- 110 Si casu fortuito pereat res legata, quam hæres neglexit consignare, si eodem pariter casu fuisset peritura apud legatarium, vel casu naturali, cui pereat diverse afferuntur sententiæ, usque ad num. 116.
- 117 Negligens curare, ut infans, vel minor adeat hereditatem sibi præjudicat, ut neque habeat restitutionem in Integrum.
- 118 Hæres negligens exigere pecunias investendas in re fructifera, & debitor interim fiat non solvendo, hæres tenetur ad damna.
- 119 Quod est verum si negligentia fuit culposa, ex culpa lata, num. 120.
- 121 Limita, si agendo judicialiter expensæ superexcederent creditum.
- 122 Vel si debitor casu subito, & inopinato fieret non solvendo.
- 123 Negligentibus agnatis hæredibus dotare feminas ultra decimum octavum annum, posunt ille petere dotem duplicatam, ex Statuto Ferrariæ, & habent electionem etiam contra bona alienata, & existentia apud tertium possessorem.
- 124 Hæredes tamen minores 20. annorum, evitant pœnas.
- 125 Jus ad dotem illam duplicatam transmittitur ad hæredes.
- 126 Hæres habens facultatem solvendi dotem, vel in pecuniam, vel in bonis ad suum beneplacitum, si negligat eligere, & solvere ultra terminum taxatum, amittit facultatem eligendi, si verò terminus non sit taxatus, per litem contestationem amittit facultatem, vel elapso termino à Judice assignando, & num. 127. 128.
- 129 Qui promisit matrimonium contrahere, non tenetur statim, sed arbitrio boni Viri, vel cum fuerit interpellatus.
- 130 Debitor quandoque ob timorem reverentialem, vel Verberum, vel Injuriarum non petit, & tunc Creditor in conscientia tenetur solvere, & ad omnia damna, que ex sua negligentia sequuntur.
- 131 Hæres, qui finita linea tenetur restituere bona in Inventario descripta, post plures annos, an præsumatur exegisse nomina debitorum, & videbatur dicendum exegisse, quia negligentia in eo, quod suum commodum respicit, non præsumitur.
- 132 Et si nomina parierint illi perisse.
- 133 Opponebat quod constaret ea nomina fuisse exigibilia de tempore mortis testatoris.

- 134 Limita, nisi hæres gravatus ipse excipiat de Inexigibilitate eorundem nominum, quia tunc debet probare exceptionem.
- 135 Commissarius relictus in testamento non tenetur acceptare onus commissarii, nisi acceptavit legatum adnexum Commissariæ.
- 136 Commissario non acceptante, Episcopus tenetur exequi ultimam voluntatem testatoris, maxime quoad legata pia.
- 137 Commissarius electus non acceptando peccaret contra charitatem, si ex inde mens testatoris non mandaretur executioni in præjudicium Ecclesiæ, vel pupillorum.
- 138 Si Commissarius acceptavit munus, tenetur diligenter exequi.
- 139 Eo non exequente post annum exequio devolvitur ad Episcopum, prævia tamen monitione, & quidem unica.
- 140 Exequitor testamentarius, qui negligit vendere bona juxta mentem testatoris, & pauperibus pretium distribuere, peccat mortaliter.
- 141 Nisi dilatio sit brevis judicio prudentis, & spectetur augmentum notabile in pretio.
- 142 Si testator prohiberet, ne Episcopus exequatur, etiam negligente Commissario, non attenditur prohibitio, nisi alterum exequitorem substituerit.
- 143 An exequio devolvat ad Episcopum, ubi morabatur testator, vel ubi sita sunt bona, remissivè.
- 144 Si exequitor negligat exigere, & interim nomina debitorum fiant inexigibilia, que erant exigibilia, exequitor tenetur ad damna.
- 145 Si exequitor nullum sentit commodum, tenetur tantum de dolo, si verò sentiat commodum, tenetur etiam de culpa.
- 146 Si testator commisit ad aures, & secreto legati executionem, & commissarius negligat, aut præmoriatur, tunc quia incertum est an legatum sit pium, vel profanum, Episcopus exequetur in opus pium, tanquam verissimilius.
- 147 Negligentia unius cohæredum, non nocet alteri.
- 148 Negligente beneficiato reparare fabricas, seu Ecclesiam, tenentur hæredes, etiam appellatione remota.
- 149 Si testator legavit centum, & negligente hærede ea dare, legavit fundum negligentia Incursum, ipso Jure exequente dominium fundi transit in legatarium, nec admittitur purgatio moræ, quia res non est integra.
- 150 Hæres non potest recusare, & omittere solutionem legati cujuscumque generis, & speciei facti ad favorem Monialium Capucinarum Sanctæ Claræ profitentium observantiam strictissimæ, & primæ Regulæ Sanctæ Claræ, quia adhuc sunt capaces hujusmodi legatorum in communi, & tanquam validum legatum est omnino solvendum, ut in Voto per totum, Hæredesque morosi, ac negligentes possunt cogi, etiam actione judiciali tam in foro Ecclesiastico, quam laicali si hæredes sint Laici.

ARTICULUS XXI.

De Negligentia Hæredum, & Legatariorum.



- N pluribus solent hæredes, & Legarii negligentia culpari, aliqua tangam.
- 1 Primus negligentia effectus in hærede est, quod si negligat testatorem curare in infirmitate, puta non advocavit Medicum, non præstavit medicinas, nec alimenta necessaria, ita ut ex hac culpabili negligentia testator moriatur hæres indignus est hujusmodi neglecto testatori succedere, & sic ab hereditate repellitur clarus tex. in l. Indignum ff. de iis qui
- bus ut indigni, Peregrin. de Jure Fisci lib. 2. tit. 3. sub num. 1., Farinac. de homicidio q. 120. num. 35.
- 2 Si hæres extraneus non adeat hereditatem infra annum, elapso anno jus illud adeundi, aut se immiscendi expirat l. cum in antiquioribus C. de jure deliberandi, quod anni tempus currit, vel à die mortis testatoris, vel à die scientiæ, hereditatem esse delatam, ut explicat Oñotim. Instit. de hæredum qualitate §. extranei num. 9.
- 3 Limita primò, nisi hæredes petierint, &